Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ge uade in uicum qui uocatur rectus: et qre
in domo iude saulum nomine tharsensem.
Ecce enim orat: et uidet uirum ananiam no
mine introeuntem et imponentem sibi ma
num ut uisum recipiat. Respondit autem ana
nias. Domine audiui a multis de uiro hoc:
quanta mala sanctis tuis fecerit in ierlm. et hic
habet pstatem a principibus sacdotu alligadi os q
inuocat nom tuu. Dixit aut ad illu dns. Uade
quoniam uas electionis mihi est iste: ut por
tet nomen meum coram gentibus et regibus
et filius isrl. Ego enim ostendam illi: quanta
oporteat eum pro nomine meo pati. Et abi
it ananias et introiuit in domu: et imponens
ei manum dixit. Saule frater: dominus mis
me ihs qui apparuit tibi in uia qua ueniebas.
ut uideas et implearis spiritu sancto. Et ofelli
ceciderunt ab oculis eius tamquam squame: et
uisum recepit. Et surgens baptizatus est. Et
cum accepisset cibum confortatus est. Fuit au
tem cum discipulis qui hitabant damasci p
dies aliquod: et continuo in synagogis predi
cabat ihm: quoniam hic est filius dei. Stupe
bant autem omnes qui audiebant et dicebat.
Nonne hic est qui expugnabat in ierlm eos:
qui inuocant nomen istud: Et huc ad hoc ue